



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

2. Proponuntur fundamenta affirmatiuæ sententiæ. Et docetur, quod quidquid potest Epicopus in sua Diœcesi respectu iurisdictionis, potest Legatus in sua Prouincia. Imo Legatus est suprà omnes ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

TRACTATVS OCTAVVS.  
SE  
APOLOGETICA DISCEPTATIO  
DE  
FAMILIA LAICA  
NVNCIORVM APOSTOLICORVM:  
Quod idem intelligitur de Familia Laïca Episcoporum.

## RESOLVTIO PRIMA.

*An familia laica Nuntij Apostolici gaudet priuilegio fori?*

*Idem dicendum est de familia laica Episcopi?  
Et pro negativa sententia adducuntur septem diverse assertiones? Ex p.6. tract.2. Ref.1.*

**N**EGLATIVAM sententiam tenet nouissime Christophorus de Moscofo cuius laudes & merita, meritò enumerat crudius Amata in Codicem<sup>1</sup>, lib.10, titul. 39. numer. 12. Probat hanc suam sententiam nominatim contra me in Allegatione Hispano idiomatica confcripta, primò quia Episcopi familiam armatam habere non possunt ex Gloss. in capite dilectionis, de sententiā excommunic. in 6. & docet Hostien. Abbas, Felinus, ita à num. 22. Secundò, quia licet Ministri Curiae Episcopalis gaudere debeant priuilegio fori, hoc tamen intelligendum est in delictis communibus; neque ex Ministris Curiae facienda est extensio ad familiam domesticon; cùm nullus extet Canon, qui hoc priuilegium eis concedat, unde ait: [Aunque fuera cierta la opinion favorable a los Obispos, y necesaria para conservar la iurisdiccion, y castigar los excesos de sus ministros cometidos en los officios; no se puede estender este priuilegio a que los Criados gozén de el fuero; porque para esto no ay texto en todo el derecho, que lo decida, y carece de razon, que tengan tal priuilegio los Criados seglares de los Obispos, y fuerá de graue inconveniente para el gouerno politico de los Príncipes, y buena administracion de justicia.] Ita à num. 25. usque ad 39. Tertidò, quia hoc priuilegium Papa non potest concedere inuitis Principibus, cùm non possit Laicos à seculari iurisdiccione eximere, & ideò Laici non possunt se submittere Ecclesiastice iurisdictioni. Ita à num. 30. usque ad 41. vbi citat Pontium, Barbofam & alios. Quartidò, quia ex auctoritate Patris Suarez contra Regem Anglia, lib.4. cap.29. num. 9. Familia Episcopi post Concilium [es evidente, que no goza del fuero, porque en la sess. 13. cap. 6. se da forma, y ponen las calidades de ordenes, y otros requisitos que han de tener, con que quando fuere cierto tal priuilegio oy esta derogado; respecto de que las palabras conque se decide son vniuersales, y comprehensiuas de todos los que han de ser exemptos; porque el de-

recho dice: Nullus prima tonsura initiatuus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. Is etiam priuilegio fori non gaudeat, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat; aut Clericalem habitum ac tonsuram deferens aliqui Ecclesiae de mandato Episcopi inficiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendo versetur. Ninguno goze del priuilegio de el fuero sin tener ordenes, o beneficio, ó trae habitu decente, ó assignado, a el servicio de alguna Yglesia por mandado del Obispo.] Ita illi num. 47. & sequent. vbi pro hac opinione præter Suarez citat Ceallos, Pereiram. Cutellum & Vegam. Quintidò, [que fuera absurdo grande; y contra derecho hazer iuez a el Obispo en los delitos de sus familiares ex l. qui iurisdictioni, ff. de iudicio] vbi Vlpianus ait, Qui iurisdictioni praedit neque sibi ius dicere debet; neque vxori, neque liberis suis, neque libertis, neque ceteris quos secum habet; ita num. 42. Sextidò affert, numer. 43. cedulam Regis Ferdinandi & Isabellæ, in qua clare statuitur familiares Prelatorum esse subiectos potestati seculari. Et tandem septimò assertit in n. 29. si familia Laica Episcoporum gaudere priuilegio fori, diminueretur quā plurimum potestas Regis, & esset contra bonum & pacem publicam propter delicta superdictorum. Vnde ex his præcipue fundamentis Moscosus negat mordicus familiam Laicam Episcopi gaudere priuilegio fori; & per consequens inferit (nam de hoc erat tunc questio) neque familiam Nuntij Apostolici tali debere priuilegio frui.

Sup. hoc quinto infra in Ref. 9. §. 1.

Sup. hoc sexto infra in Ref. 9. §. 2.

Ad sextum.

Sup. hoc se primo infra in Ref. 10.

Sup. hoc sup. in tr. 2.

Ref. 23. §. vi.

## RESOL. II.

*Proponuntur fundamenta affirmativa sententia?  
Et docetur, quod quidquid potest Episcopus in sua Diœcesi respectu iurisdictionis, potest Legatus in sua Provincia?*

*Imo, Legatus est super omnes Ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens?*  
*Et explanatur ex autoritate plurimorum Doctorum familiam Laicam Episcoporum gaudere priuilegio fori, & nullatenus posse à iudice seculari indicari tā in Criminalibus, quam in criminalibus? Ex p.6. tr. 2. ref. etiam 2.*

**S**ed his non obstantibus ego puto familiam Laicam Nuntij Apostolici gaudere priuilegia

gio fori, quia in Provincia sua habet iurisdictionem ordinariam, quam habet Episcopus in sua Diocesi, probat Fagundez in *Decalog.* tom. 1. lib. 2. cap. 41. n. 22. Suarez de *Relig.* tom. 2. lib. 6. de *voto*, cap. 10. num. 10. Gomez in *Bullam Cruciate*, clausul. 19. num. 61. Merolla in *Theolog.* Moral. tom. 3. disputat. 7. cap. 5. difficult. 8. dub. 21. num. 491. Molina in *Institia*, tract. 5. disput. 9. num. 7. Gutierrez in *Can. quaest.* lib. 1. cap. 11. num. 5. Gonzales in *Regul.* 8. *Cancellar.* gloss. 21. numer. 36. Azorius part. 2. lib. 2. c. 27. quaest. 5. Gratianus in *disceptat.* forens. cap. 226. num. 2. & 3. Sanchez de *Matrimonio*, libr. 1. disput. 28. num. 27. & lib. 8. disput. 28. numer. 4. Abbas in cap. 1. de offic. legat. num. 2. & 3. Ancharanus cap. 1. in fine s. num. 5. de translat. Barbatius de *Cardinal.* Legat. quaest. 5. n. 17. & alij communiter: & ideo exerceit omnium quae per Ordinarios exercent ratione ordinaria potestatis, ut patet ex Abbate in cap. quod translationem, de offic. legat. num. 9. & alii quos citat & sequitur Fragosus in *Regin. Christ.* Riepublica. p. 1. lib. 5. disput. 13. num. 67. Vnde Calderinus *confi.* 11. docet, quod quicquid potest Episcopus in Diocesi respectu iurisdictionis potest Legatus in sua Provincia. Imo Legatus est super omnes Ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens ex cap. 2. de legat. in 6. & ibi Doctores communiter. Ergo sicut familia Laica Episcopi gaudet priuilegio fori, ita & fortiori Nunci Apostolici gaudere debet. Et ideo tota difficultas est. An familia Episcopi tali gaudet priuilegio: nam Moscosus negat, vt vobis est. Sed propterea contraria sententiam am plectendam esse existimo, quam Cardinalis Tusclus tom. 3. litera E. conclus. 27. n. 21. Iulius Clatus in *prax.* criminal. & final. quaest. 35. n. 18. Joannes de Monte Sperello penes *Calcaneum confi.* 72. Gratianus *decif.* Mar. 233. numer. 2. Capitius dec. 22. num. 1. Suarez in *Thesano* receipt sentent. ver. Clericus. num. 129. & Farinacius quaest. 8. num. 40. communem vocant; & ita reuera est, ut patet tam inter recentiores quam veteres: vnde vobis est mihi hic per extensum apponere omnes Doctores qui illam tenent. Et hi sunt praepter supra dictos.

Abbas in dicto cap. final. de offic. Archid. nu. 5. & in cap. cum non ab homine, de iudic. num. 2. & cap. 1. de for. compet. num. 6.

Hortensis in dicto c. final. n. 14.

Ioannes Andreas num. 15.

Burrius num. 2.

Ioannes Antonius de Nigris in *Extranag.* vnic. n. 89 de vit. & honest. Cleric.

Calcaneus *confi.* 71. num. 4.

Bursarius *confi.* 25. num. 43. lib. 1.

Natta *confi.* 57. 6. n. 5. in fin. lib. 3.

Bombinus *confi.* 10. num. 10.

Vivius *decif.* 116. num. 1.

Ambrosius Machin. Archiepiscopus Calaguritanus in *resolut.* pro iurisdict. Ordin. Milit. art. 6. n. 58.

Bossius *tir.* de for. compet. num. 127.

Decianus in *tract. criminal.* tom. 1. lib. 4. c. 4. num. 47.

& 57.

Maurus Burgius de modo procedendi ex abrupto. q. 65. num. 77.

Marsilius *confi.* 67. num. 60.

Sbroius de Vicario Episcop. lib. 2. q. 147. v. 2.

Aleisius Leo in *Authent. Cassa.* mem. 23. C. de sacra fand. Eccles.

Franciscus Leo in *Thesano* for. Ecclesiastic. p. 1. c. 11. num. 12. & 18.

Belluga in *Spec. Prince.* rubr. 11. §. evidendum. n. 6.

Villalobos in *commun. opinion.* littera E. n. 33.

Menochius de arbitr. cas. 56. 1. n. 13.

Alderamus Mafcardus de stat. inter. concl. n. 135.

Carolus de Graffius de effect. Cler. 1. n. 128.

Barbosa de potest. Episc. p. 3. allegat. 107. n. 9.  
Antonius de Marinis *Quotidian.* res. lib. 1. c. 117. n. 11.

me citato.

Mauricius Alzedo in *prax.* Episcop. part. 1. cap. 12. num. 77.

Gauantus in *Enchirid.* Episcop. ver. familiares Episcop. num. 2.

Hermanus Stamno de servit. person. c. 7. n. 6.

Marius Antonius variar. resolut. lib. 1. resolut. 75. num. 1.

Bellettus in *disquis.* Cler. p. 1. tit. de fauore cler. real. §. 1. num. 15.

Guazzinus in *defens.* reorum, tom. 1. defens. 20. cap. 9. num. 23. & 24.

Trentacinquius variar. resolut. lib. 2. tit. de for. comp. per. resol. 1. num. 1.

Girba *confi.* 70. n. 21. & *confi.* 88. n. 1.

Campanili in divers. iur. Canon. rubric. 9. cap. 9. num. 12.

Riccius part. 2. decif. 192. & part. 1. decif. 69. & p. 4. decif. 292. & in *prax.* tom. 1. resol. 45. n. 5.

Graffius in *decif. aur.* part. 2. lib. 3. c. 5. n. 26.

Carleualius de iudic. disput. 2. quaest. 6. *fect.* 3. n. 427. & 509.

Curia Philippica tom. 1. p. 1. §. 1. n. 15.

Monte Allegro in *Praxi civili.* lib. 1. c. 9. n. 249.

Genuensis in *Praxi.* cap. 8. n. 3.

Cenedus in *Quaest. Canon.* q. 4. n. 26.

Ciarlinius in *conrouer.* forens. c. 20. n. 14.

Duardus in *Bull.* can. lib. 2. Can. 15. q. 8. n. 2.

Thesaurus *decif.* 22.

Narbona in *Recopil.* lib. 4. titul. 1. leg. 20. gloss. 12. num. 9.

Simeon Rao in *dubius de immunit.* Eccles. fol. 64.

Reginaldus tom. 1. lib. 9. c. 23. n. 314.

Torreblanca in *pract. iur. spqr.* lib. 15. c. 6. n. 56.

Baiardus in *additionibus ad Iulium Clarum.* §. final. 36. num. 2.

Angelus in *summa.* ver. famulus. n. 6.

Bellouis. in *pract. crim.* tit. de iniur. num. 43.

Squillante de *privileg.* Cleric. c. 7. n. 54.

Bonacina in *Bullam Cen.* disput. 1. quaest. 16. punt. 3. num. 7.

Paramus in *respons.* 2. pro iuris. Santli Officij.

Carolus Episcopus Nonariensis in *comment.* ad t. de offic. Archidiac. penes Gatticum in *allegat.* pro Ecclesia. fol. 339.

Megalius in *prompt.* tom. 2. ver. familia. n. 10.

Scacia de *iudiciis.* lib. 1. c. 11. n. 22.

Suarez in *commun. opinion.* ver. Clericus. n. ....

Zambellus in *Reper. Mor.* ver. Ecclesia gnad. eius liberatem. num. 10.

Et tandem claudam hoc agmen Doctorum cum Hispano Roderico Acugna dignissimo Archiepiscopo Bracarense in *Decretum Gratiani*; part. 1. dist. 32. cap. 10. num. 11. vbi sic ait. Notabis famulos Episcoporum, etiam scularies sunt, nullatenus possunt a sculari iudicari tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & est communis opinio, Ita ille.

### RESOL. III.

Confirmatur ex aliis rationibus affirmativa sententia: Et etiam in fauorem familia laica Episcoporum?

Ex quo inferitur quid est sententiam de famulis Clericorum, & Scholasticorum, qui ad tempus seruit, & de priuilegio concessu domino, & marito pro illorum seruis, uxoribus, &c. Ex part. 6. tract. 2. Resol.

etiam 3.

S. I. Probant